Ordinis Carmelitarum Provinciæ Bethicæ.

Stantibus &c.

Dub: = *An substineatur electio Provincialis de qua agitur in Casu &c.*

Eminentiss., & Rev. D. Hæc Causa, quæ exordium habuit a supplici libello porrecto sac. Congregationi per Reverendissimum P. Joseph Gonzalez sandoval Vicarium Provincialem Peovinciæ Bethicæ recurrentem super nullitate electionis Provincialis celebratæ die 21. Aprilis superioris anni 1725. in personam P. Didaci Thomæ de los Rios, post ejus relationis Commissionem delegatam Emo D. Ponenti, proposita primum fuit in Congregatione habita die 22. Februarii hujus anni, prodiitque rescriptum *Proponatur omninò in prima etiam unica*, & rursùs in Congregatione diei 14. Martii proximi preteriti, in qua petere Parte Adversa dilationem post Agnos, rescriptum fuit = *Proponatur omninò in tertia* = Cum autem hodie redeat ad trutinam, supplicant humillimè PP. Principales respondere ad propositum dubium *negativè*, & ob apertissimam nullitatem delectionis, e qua agitur à Justitia EE. PP. obtinere omnninò confidunt.

Hoc verò inprimis iidem PP. obtestantur, quod dum hanc litem agunt, non moventur aliunde, quam ex eo quem fovent in sequelam Regulæ, quam profitentur, Zelo, quod sacri primum Canones, & deinde ordinis Constitutiones debitam sortiantur observantiam, nec in totius Ordinis scandalum, videri debeant in ipsorum Provincia ita conculcatæ, ut quoties de officii Provincialatus electione in illa actum fit, toties contra sac. Canones, & easdem Ordinis Constitutiones peccatum sit. Jam enim ut in præterita Informatione dicebamus, etiam dum anno 1715. fieri debuit eadem electio, hoc ipsum contigit, quod tales in illa similes irrepserint nullitates, ut ad relationem clar. mem. Cardinalis S. Priscæ hæc ipsa sac. Congregatio Canonizaverit ejus nullitatem, licet ex mera gratia, & benignitate posse sanari Authoritate Pontificia existimaverit, ut in *præterito Summ. num.4.*

Non possunt tamen hoc silentio prætermittere, sed specialissi-

mè animadverti rogant, quod utraque electio tum scilicet illa, dicti anni 1715. quam sac. Congregatio Censuit nullam, & decrevit posse sanari, tùm hæc postrema anni 1725. contigit in eadem Persona P. Didaci de los Rios Adversarii, quod id efficit, ut ex solito ejus agendi modo, & ea methodo, quam tenuit in d. aliâ ipsius electione, jam maximopere suspicandum sit, quod iisdem illicitis modis eademque servata methodo, etiam hodiernam sui curaverit electionem; Nam in quibuscunque humanis actibus hæc legalis presumptio viget, quod si procedunt, seù respiciunt personam circa eosdem actus peccare solitam, ejusdem generis crimen faciliori probatione commissum Censeatur ad *Text. in L. semper in stipulationibus 34. de Reg. Jur. in L. cum univers. ff. de pignor. act. Mantic. de tacit. lib. 30. tit. 9. n. 77. Farinac. quest. 153. n. 169. Rot. decis. 108. n. 4. cor. Gregor. decis. 74. n. 5. part. 10. decis. 148. num. 19. part. 16. & decis. 501. num. 7. & 8. part. 19. recen. tom. 2.*

Quidquid autem contigerit in d. electione anni 1715. Nullitates porrò quæ inficiunt illam, de qua nunc agimus, sunt plures, & earum quælibet de per se satis esset prò illa à toto genere irritanda: Et levioribus pretermissis, Prima sese offert ex eo, quod postquam P. Didacus Adversarius obtinuit deputari in Presidentem Capituli Magnatem ejus fautorem, eique tribui amplissimas facultates, ejus intuitu etiam destinando locum Capituli in Conventu majori Civitatis Hyspalis, quando tam vigore Decreti Definitorii ab eodem P. Generali Confirmati, de quo præterito *Summ. num. 5.* quam ex Consuetudine Provinciæ, loci deputatio ad tunc existentem Provincialem omnimodè pertinuisset; Quæ item omnia, uti devia à solito, & methodo per Provinciam servata in anteactis electionibus, jam de per se manifestant, quod quid contra Justitiam faciendæ electionis machinabatur *Mantic. de tacit. lib. 8. tit. 20. num. 38. Noguerol. allegat. 10. num. 46. Rot. decis. 283. num. 8. & 10. part. 5. decis. 596. num. 10. part. 19. recen. decis. 191. num. 11. & seqq. cor. Ottobon. decis. 291. num. 22. coram Benincas. & decis. 22. num. 9. post salgad. in Labyrint. credit.* tota cura tùm ipsius, tùm ejus Fautoris in eo stetit, quod augerentur præter ullam, necessitatem Vocales, ut præter alias adducta documenta hodie constat ex ejus quoque Epistola scripta sub die 23. Januar. 1725. Patri Josepho Obiedo *Summ. additionali num. 1.* quod fieri sine nullitate secutæ electionis non potuisse patet ex dispositione *sac. Concilii Trident. sess. 25. cap. 6. de regular.* ubi districtè prohibetur ne imposterum liceat novos Vocales *ad effectum electionis faciendæ Constituere*, aut

aut Voces, & suffragia absentium supplere: *si verò* (sunt verba Concilii.) *contra hujus decreti Constitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita sit*, & probat *Passerin.de elect.cap.3.quæst.2. & quæst. 3. per tot.* quod fortius procedit, dum adhesivè ad hanc sacrosanctæ synodus dispositionem id ipsum promptè constituit Capitulum generale anni 1564. prohibendo, ne absentium vota ullo penitus modo suppleantur quod minùs est, quam quod suffragia non habentes ullo modo, ad suffragandum admittantur, ut benè refert *P. Lezzan.ex hoc ipso ordine Carmelit. in Summ. quæst. Regular. part. 2. tit. Elect. inter Regular.129. & seqq.*

Intercessisse in electione, de qua agimus, hujusmodi Vocalium augumentum deprehenditur illicò non solum ex quo vigore dispensationis sine Causa concessæ, ad suffragandum admissi sunt *Definitores*, quibus ex Constitutione san: mem: Urbani VIII. edita sub die 15. Jan. 1633. expresè vetitum erat suffragium ferre in electione Provincialis, contraria quacunque Consuetudine non obstante, ad cujus Constitutionis tramites emanavit quoque specialis resolutio hujus sac. Congregationis die 18. Decembris 1716. ut in *Bullar. Carmelitar. tom.2 fol.437.* undè jam constat, quod in numero quoque Vocalium augendo peccatum est contra dispositionem Apostolicæ Constitutionis, cui nec Præses Capituli, nec Reverendiss. Generalis poterat, neque derogare voluisse presumitur, & eum habeant solitam clausulam *sublata*, & Decretum *irritans*, inficit omnia, quæ aliter sint, quam ad illius formam commissa *ad Text.in cap. si eo tempore de elect.in 6. Rot. decis.206.n.2. cor.Peuting.decis.139. num.14. & 15. coram Ottobon. decis.525. num.3. coram Merlin. decis.1696. num. 26. coram Emerix. Jun. decis.260.num.32.part.17. recen., & dec.66.num.15. in Mantis. ad Card. de Luc. de Jurepat.*

Verum etiam de eodem Vocalium augumento præter Justitiæ dictamen, ulterius cõstat ex habilitatione ad suffragiũ faciendum de persona *P. Josephi Ovido* per attributionem illi gradus Baccalaureatus, & Magisterii pro quo assequendo sicut ex Constitutionum præcepto, præcedere debebat Lectura Philosophiæ trium annorum, & Theologiæ quatuor annorum, ut esset Baccalaureus dumtaxat, ita neç per saltum fieri poterat Magister, ut de gradu Baccalaureatus sit dispositum legitur inCõstitutionibus particularibus Provinciarum Hyspaniæ *cap. 9. num. 16. nullum posse promoveri ad gradum Baccalaureatus nisi per tres annos legerit Philosophiam, & per alios quatuor Theologiam, & quod perpensis ejus meritis præsentetur*

 à Ca-

à *Capitulo Provinciali* = & de Magisterio, & aliis similiter habetur num. 10. ita = *nullus imposterum instituatur Magister, Præsentatus, vel Baccalaureus, vel alius, qui dicitur de Gratia graduatus neque ex saltu, etiamsi per aliquot annos se exercuerit in studiis*. Notando quod ad hujusmodi effectum nulla est specialis authoritas Rmi Generalis, dum præcisè ita cavetur in Statutis specialibus Provinciarum Hispaniæ loc. citat. num. 2. = *si Generalis aliquem ad hujusmodi gradus aliter admiserit, admissio sit penitùs nulla* = & in Constitutionibus Ordinis pariter Concluditur d. num. 10. = *super quo nec possit dispensare Rmus* = .

Si itaque admodum specificè cautum est in nostris Constitutionibus, quod pro assequendis hujusmodi gradibus, ex quibus Jus descendit suffragium ferendi in Capitulis Provincialibus, certa forma esset præscripta, & quod circa eam neque Rmus Generalis posset ullo modo dispensare; En quod tametsi Elevatio P. Obiedo ad Magisterium, & Vocem in Capitulo Provinciali, processerit ex facto ejusdem P. Generalis *præterito nostro Summario num. 7. & 8. utrobique littera* C. adhuc fuit nulla, neque eidem Jus hujusmodi potuit attribuere; Nam circa ea, quæ in regulis ipsis, eidem Generali in specie interdicuntur nullam derogandi seù dispensandi is habet auctoritatem, ut declaravit in puncto hæc ipsa sac. Congregatio 18. Martii 1700. juxta resolutionem impressam in actis Capitularibus anni 1704. = *In causa PP. Carmelitarum super Magisteriis, & aliis gradibus &c. sac. Congregatio Censuit, & declaravit, Gradus omnes Magisterii, Præsentaturæ, Baccalaureatus. Lectoratus &c. Indulta &c. à quocunque superiore Ordinis concessa, & concedenda contra formam Constitutionum Ordinis, & ordinationum Apostolicarum non substineri*. = Et hoc sancitum videtur adhesivè cum minus ad statuta specialia Provinciarum Hispaniæ, de quibus mox actum est, quàm & adhesivè ad Decretum expressum Capituli Generalis anni 1680. in quo admissa amplissima Patris Generalis facultate derogandi Regulis Ordinis cum legitima Causa ea expressè adjecta fuit restrictio, = *exceptis tamen iis, quæ per Constitutiones Generales, & Decreta Comitiorum Generalium ei interdicuntur*.

Consequens propterea est, quod dum fuit ad suffragium in Capitulo ferendum admissus idem P. Joseph Oviedo sic effectus magister per saltum, & sine legitimo ascensu ad talem gradum, ejus suffragium nullo modo fuit numerandum tanquam injuste, & indebitè auctum, cum tali minimè potiri posset facultate ob sic adeptum talem gradum, precipienti-

bus

bus similiter regulis part. 4. cap. 10. num. 6. quod = *Magistri in Theologia qui promotionem tenuerunt per ordinem sibi factam Complendo Cursus suos in Universitatibus juxta Ordinis Statuta in Provincia, in qua collocati sunt, de familia, poterunt Capitulis interesse Provincialibus; Ceteri vero qui gradum aliter sibi procuraverunt, nullatenus admittantur.* = Et specialibus legibus Provinciarum Hispaniæ tit. de gradibus num. 1. pariter decernentibus = *numerum Magistrorum vocem, & Locum habentium in Capitulis juxta unius cujusque Provinciæ Statum Neque a Rmo Generali augeri posse.* =

Satis nec visum est, sic aucta extitisse quinque soffragia; adhuc de aliis pluribus captandis cogitatum fuit; Nam tametsi ob notoriam rebellionem contra proprium Superiorem, Carceribus mancipati reperirentur in Collegio S. Alberti Civitatis Hyspalen. ut in *præterito summ. nu.* 11. & privati Voce activa & passiva uti excommunicati Pater Galiudo, & alii, nihilominus missis Copiis militaribus, quasi ad Arcis expugnationibus, inde extracti sunt dicti sex Religiosi, & eorum quatuor ad suffragium in Capitulo ferendum admissi favore Adversarii, ut in eodem *prædicto Sum. num.* 7. *litt. B.* verificat autem hoc factum, quod non solum augumentum Vocalium etiam Violenter attentatum fuit, verum insuper, quod ad hujusmodi effectum minimè curatum est, quod Electioni, & suffragio ferendo interessent Notoriè excommunicati, quod de per se influit in totalem electionis nullitatem, ad quam ex sanctione Juris Canonici irritandam, sufficit vel unius qui sit Excommunicatus, admissio, ad *Text. in cap. cum inter R.* 16. *de elect. in cap. fin. ibique gloss. de Cleric. excomm. ministr. in cap. Consult. pariter fin. de Procur. & in Extravag. ad evitanda. Martin. V. cum aliis apud Borch. in Cap. illa quotidiana de elect. Rebuff. in Cap. Postulastis de Cler. excomm. ministr.* 2. 91. *Navarr. Cons.* 1. *num.* 1. *de elect. Hurtad. de Censur. disp.* 7. *de Excommunic. diffic.* 3. *num.* 8. *Samuel. de Elect. Canon. tract.* 2. *disp.* 5. *Contr.* 2. *conclus.* 8. *num.* 14. ibi = *Excommunicati non tolerati nec soli, nec cum aliis eligere possunt sive sint simplices Electores, sive Compromissarii, licet unus etiam sit, electio ipso facto est nulla, & inanis si nimirùm scienter admittantur ad electionem* = *Ricciull. de Jur. person. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 10. *aliis relat. Passerin. de elect. cap.* 10. *num.* 65. *& seqq. ubi pariter quod est nulla ipso Jure. A Spirit. Sanct. in directore legular. tract.* 5. *disp.* 2. *sect.* 1. *num.* 12. *Barbos. de Jur. Eccles. univers. part.* 1 *cap.* 19. *num.* 56. *&* 57. ibi, *quod a deo verum est, ut electio facta cum interventu plurium vel etiam unius excommunicati non tolerati, minimè valeat, ita*

ut

ut nec substineatur ex persona eorum, qui non sunt excommunicati argum. cap. quia diversitatem &c. quamvis excommunicati eligant unum, & non excommunicati alium, quia unica est tela electionis, & una Erelectio &c.

Quodsi tantus est rigor Juris Canonici, ubi unius dumtaxat excommunicati non tolerati secuta sit admissio in electione, quanto sane magis procedere id opus erit, quando non unius sed quatuor Vocalium excommunicatorum, & carceratorum pro crimine rebellionis contra Superiosem in electione, de qua agimus comperimus violentam admissionem. Et fortius semper quando etiam constat ex facto *prædicto sum. num.* 15. & 16. quod aliquis ex vocalibus contra sic attentatam electionem *est protestatus*: Tum enim sicut crescit in Cæteris Vocalibus scientia, & Notorietas excommunicationis atque accedit etiam Spretus legitimæ exceptionis, ita longè magis operatur excommunicatorum admissio nullitatem electionis, ut egregiè prosequitur in fortioribus terminis excommunicati tolerati. *A. Spirit. Sanct. in Director Regular. d. tract.* 5. *disp.*2.*Sect.*1. *num.* 26. *& seq.* ibi = *Dixi de communi consensu, nam quilibet de Capitulo ante electionem potest exceptionem obiicere, & talem excommunicatum à Capitulo repellere; quod si unus vel duo tantum se opponant, ut talis excommunicatus repellatur, Cæteri autem eum nolint repellere, electio secuta erit irritanda, nam in ea admissus est aliquis, qui non erat admittendus contra unius voluntatem quia Jus eligendi spectat ad singulos de Capitulo pro parte sua, unde singulorum interest, ne admittatur extraneus.*

Ad idem Vocalium augumentum pertinet admissio P. Petri Gonzalez de Aldana Prioris Conventus Gierez, qui cum esset electus contra expressam Regularum dispositionem erat propterea inhabilis ad votum ferendum, & exercendum Prioratum, ut agnovit ipsemet Rm̃us Generalis qui alios confirmando Priores, quoad ipsum preservavit unicè regimen Conventus sub nomine Vicarii usque dum a Sac. Congregatione Episcoporum, & Regularium benigne dispensationem obtineat, ut possit ultra Sexennium esse Prior ejusdem Conventus *præterito Sum. num.* 9. litt. B. quo circa admittendo in Capitulo eundem P. Petrum Gonzalez de Aldana absque eo quod de dicta dispensatione docuerit, negari non potest, quod Adversarii Fautores admiserunt alium, qui similiter voce carebat, & admitti non poterat, indeque pariter alia infertur nullitas ita secutæ electionis ut bene expli-

cat

cat *Lezzan. quæst. Regul. part. 2. cap. 12. num. 29. & in proximis terminis Rot. in Lodien. seù Aquisgranen. Canonicatus* 13. *Maii* 1718. §. *Ratio & seq. coram Emo D. Falconerio*.

Ostendit vero multò fortius studium omne adhibitum in augendis Vocalibus, qui suffragium ferrent, prout omnes hi tulerunt favore P. Didaci Adversarii, id quod contigit in persona P. Navarræ Prioris Conventus de Trigueros. Is enim tametsi morti proximus ex gravissimo morbo reperiretur, adhuc curru translatus fuit in locum Capitularem, ubi sub eadem die sccutæ electionis, animam Deo reddidit, transmissa Cedula sui suffragii per alium ad id à Præsidente Capituli delegatum *preterito Sum. num.* 10. juncto *num.* 16. *vers. protesta & appella*. Que enim urgebat necessitas, ut fere exanimis ad suffragium ferendum transferretur, nisi illa dumtaxat, quod numerus augeretur eorum, qui in electionem ejusdem P. Didaci Adversarii conspirarent? At verò quoties etiam dicti P. adeo graviter egrotantis exquiri debuisset suffragium, adhuc servanda erat methodus ad eum mittendi scutatores legitimè deputatos juxta formulam celebrandi Capitula §. 16. adhoc ut recepta per Personas fide dignas Schedula, dubitari non posset, quod contineret suffragium perfecta mentis sanitate pollentis, & certam determinatam Personam eligentis, ut præcise quod ad egrotum accedere debeant Capituli scutatores tradit *Tamburin. de Jur. Abb. lib.* 1. *disp.* 5. *quæst.* 3. *num.* 20.

A Vocalium augumento transitum faciamus ad exclusionem eorum, qui timebantur suffragaturi in aliam omnino Personã quam P. Didaci, Adversarii ideo procuratam, ut sicut numerus fautorum augebatur ita Contrariorum decresceret, & semper magis certa redderetur ejus electio. Porrò inopina fuit exclusio duorum Vocalium a Capitulo, nempe *Rectoris Collegii S. Alberti*, & Prioris Conventus Ursonen. sub pretextu quod primus litem haberet circa officium Rectoratus, & esset excommunicatus à Judice Apostolico, & secundus quod fuisset effectus Prior intra octo menses a die renunciationis Prioratus per Antecessorem, ut legitur *d. Summ. num.* 12. Ast quoad neutrum ex his vocalibus constat dè legitima exclusione, dum ad hujusmodi effectum non poterat procedi arbitrio cujuspiam, qui ubi esset certum aliquorum impedimentum ex notoria Excommunicatione, prout in supra relatis Religiosis è Carceribus per vim extractis ad huc illos ad suffragium admitteret, ubi verò non adesset hujusmodi im-

pedimentum, illud prò libito figurare posset; Sed maturiùs procedendum erat, & omnino pro eorumdem Vocalium exclusione requirebatur illorum Citatio, & discussio Causæ in Capitulo cum Decreto ipsorummet Capitularium super tali privatione, seu exclusione, ut latè tradunt *per Text. in Clem. Pastoralis §. Cæterum de re Judic. Roderic. quæst. regular. 52. art. 12. per tot. tom. 2. Mattheu. in Official. Cur. Eccles. Cap. 18. num. 49. Laurent. de Pyerin. de subdit. Relig. quæst. 1. §. 10. in princ. pag. mihi 461.* ibi = *Dico primo Præsidens Capituli cum ampla potestate etiam à Papa non potest privare Religiosos voce activa, & passiva sine eo, quod priùs citentur, ipsisque detur copia eorum quæ contra ipsos fulminata sunt, ut possint se defendere &c.* = *Passarin. de Elect. Canon. cap. 2. §. Queritur 4. a num. 71., & seqq. a Spirit. Sanct. in direct. Regul. tract. 4. disput. 3. sect. 12. §. 1. n. 328., & seq., & latiùs Barbos. vot. decis. Canon. lib. 2. vot. 47. num. signanter 184. 192., & seq. Rot. de 1670. num. 7. cor. Coccin.*

Nullique dubium esse debet, quod electio deindè secuta vocalibus ita exclusis, & privatis remanet omnimode nulla; Ità enim prosequitur *Roderic. loc. citat.* ibi = Quià non = sunt admissi, qui erant admittendi; Vnde isti si suam velint = prosequi injuriam debet Judex electionem nullam declarare = *& tradunt Sigism. de elect. dub. 91. num. 10. Peyrin. d. quæst. 1. §. 10. vers. Tertio dico* ibi = Si priventur aliqui Vocales = a d. Præsidente non servato Juris ordine electio a Judice = debet irritari = *Barbos. d. vot. decis. 47. num. 182.* ibi = electio = dd. PP. sic exclusis, & privatis est nulla = *& rursùs n 183. ubi refert votum cl. mem. Card. Lancellotti sub his verbis* ibi = Nequeunt igitur Præsidentes electionem, sive alii Superiores = in actu electionis Vocales præsentes, vel absentes, non servato ordine Juris, voce activa, vel passiva privare etiam = prætextu criminum, quæ contra illos invenerint in visitatione, sed cognitio horum Criminum in aliud tempus = transferenda est, præcipuè, ut dè medio tollatur omnis, = & quæcumque causa contentionis, seu occasio obloquendi, atque insurgendi contra Præsidentem, atque celebratam electionem &c. = Potissimè dum circa hujusmodi exclusionem tam ante, quàm post electionem expresse potestatum fuit, de nullitate, ut in sæpecitato præterito *Summ. num. 15., & 16.* Inde enim ob spretum legitimorum vocalium crescit nullitas inducta ab illorum exclusione, ut in puncto prosequitur *Barbos. d. vot. 47. num. 186.*, & consonant, quæ habentur apud *Castellin. de elect. cap. 16. n. 1., & sequen. Passarin. eodem tract. 32. num. 33., & 35. Modern. Lucen. ad Ceccoper. Lucu-*

cu-

cubicat. Canon. lib.4. tit.2. num.9. Rot. in Colonien. Canonicatus tertiæ Gratiæ 8. Junii 1714. §. Fuit autem justa, & per tot. coram bo: me: Lancetta.

Præsertim quia, ex præsenti *Summ. additionali num.* 2. habetur quod electio P. Prioris Ven. Conventus Ursonensis, (qui, ut supra diximus fuit exclusus) non provenerit ex causa voluntaria, sed ex mera necessitate, quodque P. Proviocialis aliunde haberet facultatem generalitiam eligendi hujusmodi Priores cum jure suffragandi, quæ quidem facultas antea fuerat publicata, & acceptata in Provincia, prout resultat nedum ex Juribus a Parte adversa exhibitis, & registratis in præterito nostro *Summ. num.* 16. sub declaratione, P. Socii Gibraleon. ibi = Come il P. Maestro del Collegio di S. Alber- = berto di Siviglia, ed il P. Presentato del Convento d'Ossu- = na per Patente del nostro R. P. Vicario Provinciale F. Giu- = seppe Gonzalez Sandoval, il quale avea fatto in vir- = tù di patente del nostro Reverendissimo P. Generale, = che aveva per far costituire Priori senza alcuna conferma- = zione, che si notificò, e fù obbedita in questa Provincia, = e dd. Patenti furono ancora obbedite dalla R. Communità = di d. Collegio, e Convento, e ciò non ostante dd. RR.PP. = non votarono in Capitolo = Verum etiam ex tenore litterarum patentium a *Reverendissimo P.* Generali expletarum, quæ dantur in præsenti *Sum. num.* 3., Quibus stantibus percipere nescimus sub quo fundamento antedicti PP. nempe Rector Collegii S. Alberti, & Prior Conventus Ursonensis potuerint de factu excludi ab eorum suffragio præstando, quando præcipuè in Constitutionibus Ordinis *part.* 4. *cap.* 20. *num.* 6. expresse sancitum reperitur hujusmodi Priores, & Rectores debere eorum Votum habere in Capitulo Provinciali ibi = Quod si post ultimam Congregationẽ in ali- = quo Conventu ante Capitulum Provinciale vel propter = obitum, vel propter aliam causam prioratus aliquis vaca- = verit, Provincialis illi providebit de Vicario duraturo us- = que ad Capitulum Provincialem, in quo talis Vicarius vo- = cem, & locum habebit sicut priores. =

Dùm autem tanta fuit cura, ut suffragia suppeterent pro electione in personam P. Didaci concludenda, augendi Vocales ex una parte licèt illegitimos, & excludendi ex altera legitimos, atque omni jure admittendos, non certe minùs fuit studium alia Vota diversis actibus ad eumdem effectum expiscandi, seù extorquendi. Sat profectò esset percurrere non solum iuratas protestationes, quæ habentur *dicto præterito Summ. num.*15. & 16. decem, & octo Vocalium, una cum de-

declarationibus subindè emissis, & pariter jure jurando firmatis, parendo Epistolis ejusdem met P. de los Rios Adversarii, illas exquirentis etiam virtute S. Obedientiæ, ut sub *eodem num.*16., junctis aliis, quæ exhibentur *præsenti Summ. Additionali num.*4., *& sequen.* ad hoc ut EE. PP. illicò depræhendere valeant quibus mediis prodierit ist hæc electio.

Compertum siquidem indè est, quod ubi in Conventibus *Carmonæ Ezyæ Giennen.*, *& Utrarien.* debuerunt deputari *Socii Vocales* dd. Conventuum pro futuro Capitulo, nil intactum relictum est, ut tales deputarentur, quales idem P. de los Rios sibi putabat benevolos, & in suam ituros electionem. Si enim respicimus electionem Socii Conv. *Carmonæ*, tantæ fuerunt in illo dissentiones, ut de nullitate plures Capitulares, imò pro majori parte protestati fuerint *præterito Summ. num.*14. Sic in Conventu *Eziæ*, in electione similiter Socii, plures exclusi, multi admissi, & adhibitis etiam à Priore minis, conclusum fuit pro benevisi electione, omnibus tamen Vocalibus de nullitate excipientibus, ut sub *eodem num.*14. *circà medium*. In Conventu itidem *Giennen.* testatur Secretarius de effracto secreto, de exclusione aliquorum Vocalium, & de multorum protestatione de nullitate eodem *num.*14. *in fine*. Et deniquè de Conventu *Utrarien.* constat pariter, quod non aliter secuta fuit Socii electio, quàm tumultuariè, & publicè P. Christophoro Thoro hortante, ut suffragium darent ad mentem P. Magistri Rios, ut in *Summ. Additionali n.*4. *&* 5.

In ipso pariter Capitulo Provinciali, antè ejus incohationem certum est, quod antè tempus præfinitum ab Ordinis Constitutionibus, sexdecim Vocales accesserunt ad locum Capituli *præterito Summ. num.*13., quod ex littera earumdem Constitutionum *part.*4. *cap.*10. *num.*11. jàm his omnibus irrogabat pænam privationis vocis, & loci ipso facto in eodem Capitulo. Rursùs certum est, quod non deerant disseminatores faciendæ per fas, & nefas electionis in personam P. de los Rios Adversarii, quià talem omninò personam in Provincialem exoptabat Præpotens Capituli Præses, cui ad huiusmodi effectum non deerant media opportuna, ut *toto dicto n.*16., *&* 17., & *dicto Sum. Addit. num.*4.5.6.7.8., *&* 9. in modum ut artificiosè indè curatum sit *metum* saltem *reverentialem* Vocalibus incutere: qui imò transire potuit in metum longè majorem, quando ut prosequũtur protestationes, & declarationes *Summ. loc. citat.* visum fuit procedi armata ma-

nu

nu in Collegio S. Alberti, & ulteriùs disseminatum est, quod in vicinis Ædibus aderant Milites ad coercendos oppositores, & Rhedæ antè Ædes Capitulares pro mittendis in exilium oppositoribus; Et de cœtero longe minus satis est, ut ob sublatam eam plenariam libertatem, quæ requiritur in Vocalibus irritetur electio, juxtà *Text. in cap. Cum inter de elect.* Nàm sufficiunt preces importunæ Personæ gravis. vel erga illam metus solummodò Reverentialis, ut tradunt *Samuel. de elect. tract.2. disp.1. controv.7. num.2. P.Lezana tom.2. cap.12. num.35. Passarin. de elect. cap.4. num.46., & seq. Tamburin. de Jur. Abbat. lib.1. disp.5. quæst.22. num.9. A Spiritu Sancto in direct. Regular. tract.5. disp.2. sect.6. n.99., & 100. Pignattell. consult.77. num.7. lib.10.*

Accedunt eorumdem Vocalium *subornationes*, vel per munerum expromissiones, vel per illorum destinationem in Prioratus, aliosque gradus Provinciæ, de quibus in relatis declarationibus, & toto *Summ. præterito, & Additionale* signanter verò *dicto præterito Summ. num.17.* quæ similiter subornationes districtè prohibitæ sunt ex Sacris Constitutionibus tùm *S. Pii V.* 128., quæ incipit *Pastoralis* §.4. tùm sa. mem. *Clementis VIII.* in Decretis pro Reformatione Regularium *Constitutione* 60. §.35., tùm *Urbani VIII. Constitutione 26.*, innovandoDecretum Sac.Cong.Concilii,quasConstitutiones ad hujusmodi effectum inducendæ nullitatis electionis refert *Pignattell. dicta consult.77. num.1. 5., & sequen. tom.10.* Nec de veritate earumdem subornationum dubitandum est, quià de iis plenissime deponunt in dd. declarationibus, & protestationibus *juratis* Viri Religiosi, qui & ipsi Vocales erant in eodem Capitulo, & tùm ex hoc ipso, quod testantur de actibus, in quibus interfuerunt, tùm ex successivo eventu, quod juxtà ab ipsis relatas promissiones, Prioratus collati sunt, ut signanter habetur *Sum. Addit. à n.4. ad9.* omnem fidem promerentur *Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 106. num. 13. Covarruu. pract. quæst. cap. 18. num. 4. Sperell. decis. 75. numer. 46. Rot. decis. 496. numer. 11. coram cl. mem. Card. Caprara.*

Omnium verò graviorem nullitatem, ac penitùs insuperabilem subministrat exosa, & obtestata in Jure Canonico *Coarctatio*, & restrictio *electionis ad sex tantùm Patres*, inter quos si non primarium locum, saltem primarium obtinebat intuitum P. Didacus Adversarius: Quæ sanè coarctatio talis fuit, ut *extrà eorum numerum, vel conditionem non posset alius eligi*, ut habetur *dicto præterito Summ. num.8. litt.A., & D.* juncto

Summ.

Summ. Additionale num.decimo. Et procul dubio sub hac restrictione, & coarctatione secuta electio, remanet omninò nulla, ex *Text. in cap. cum terra 4. de elect., & cap. ubi periculum §. Cæterum eodem tit. in 6., & Clem. ne Romanus de elect. Roderic. quæst. Canon.51. art.11. tom.2. donat. prax. Regular. tom.2. tract.1. quæst.10. num.11. Samuel. de elect. tract.2. controv.4. num.1., & seq. Passerin. eodem tract. cap.2. num.12., ubi resolutio refertur Sac.Congregationis Concilii Castellin.tract. eodem cap.3. num.5. Mattheucc.offic.Cur. Eccles. cap.18. num.2., ubi aliæ resolutiones Sac. Congregationis Card. de Luc. disc. 3. num.11. de Regul., & disc.2. num.2. de Canon. Barbos. Collect. Apost. dec.277. num.18., Pignattell. dicta consult.77. num.9., Ansald. in addit. ad dec.61. num.44. Rot. dec.37. num.6. coram Ottob. dec. 65. num.6. part.1., & dec.279. num.25., & seq. part.9. recen.*

Et ad istius nullitatis majorem efficaciam, accedit ea circumstantia, quam sæpè proposuimus, fuisse scilicèt contra formam in hac electione servatam, tùm à P. Josepho Gonzalez tunc Vicario Provinciali, tùm ab aliis decem, & octo Vocalibus protestatum, *præterito Summ. num. 15., & 16., & Summ. addit. num.4., & 6.* Crescit enim exindè quanto rationabilior erat istorum oppositio, tantò evidentior spretus Vocalium contra hujusmodi inusitatam, ac à Jure vetitam electionis methodum, protestantium de nullitate, quæ idcircò actum debet radicitus irritare *per Text. in cap. cum nobis, & cap. consideravimus de elect., ubi Abbas num.4. Rebuff. de Regular. ad Prælat. nomin. §. fin. vers. undecimo vitiat. Electio, Passerin. de elect. cap.18. num.39., & cap.32. num.5., & 6. Rot. dec.350. num.4. part. 17. rec., & in Colonien. Canonicatus 7. Decembris proximi præteriti §. Id quod coram R. P. D. Nuñez.*

Absque eo quod eadem coarctatio substineri valeat tanquàm facta authoritate Reverendissimi Generalis, de qua *dicto præterito Summ. num.8. litt.A.* Quoniam quidquid secùs esset si idem Reverendissimus Generalis voluisset unicè proponere ad melius esse aliquos pro electione, ità tamen ut Vocales in libertate remanerent alios quoque eligendi, sanè dùm restrictionem fecit obligatoriam ità, ut extrà sex ab ipso, seù Præsidente propositos, *nemo alius eligi posset*, tunc nulla militat pro hujusmodi actu ejus auctoritas, sed è contra clamat libertas Vocalium in Electione, quam in hisce terminis P. Generalis nullo modo tollere potest, neque coarctare, ut declaravit Sac. Congregatio usque de anno 1585.

juxtà

juxtà resolutionem, quam refert *Passarin. de elect. dicto cap. 2. num.26.* ibi = *Sacra Congregatio sub die 13. Octobris 1585. declaravit, quod non licet Generali N. proponere duos, tres, quatuor, decem, ex quibus unus eligi possit Provincialis, vel Prior. In qua declaratione sumitur numerus determinatus pro indeterminato, & infinito, ut sit sensus, quod ad quemcumque numerum eligendorum nequit coarctari eligentium libertas, quia in quocumque numero fiat coarctatio, semel militat eadem ratio, quæ est violatio Juris Eligentium* = & prosequitur *Mattheucc. in official. Cur. Eccles. dicto cap.18. sub num.2.*, ubi quod nequidem potest Generalis talem coarctationem validam facere Decreto irritante electionem, nec Electores ei tenentur obedire, ut refert D. Ursaya *discept. Eccles. tom.1. part.1. discept. 13. num.73.*

Sivè igitur quià in hujusmodi electione peccatum sit contra Ordinis Constitutiones ob Vocalium augumentum, & admissionem eorum, qui nulla voce potiebantur cum exclusione è contrario eorum, qui legitimam vocem obtinebant; Sivè quià peccatum equè graviter sit contra libertatem eorumdem Vocalium vel per supradictam metus incussionem, & diù procuratam subornationem; vel per adeò apertam restrictionem circa personas eligendorum, nullitas ex adeò multiplici capite remanet manifesta, ut ampliùs dubitandum non sit de favorabili resolutione. Vt verò semper facilius in eam *Eminentissimi Pres* proclives existant, rogamus etiam animadvertere ad universale totius Provinciæ scandalum, & dissidium, quod exindè subortum est. Vident profectò 80., & ultrà Viros gravissimos, inter quos 18. ex Vocalibus ejusdem Electionis, *juratis* declarationibus, & protestationibus, adversùs illam reclamare: noscunt ex lectura omnium Jurium à nobis exhibitorum, quod innegabilis est ambitio, & affectatio, qua P. Didacus Adversarius ad Provincialatum curavit assumi; & denique prævidere æquè possunt mala illa, & perturbationes, quæ in tota Provincia ponunt obvenire tùm ad diffamationem secutæ illicitis mediis electionis, tùm ob incussum Religiosis vindictæ timorem, aliasque causas, quæ resultant ex sæpedictis declarationibus. In his quippè terminis semper faciliùs pro electione respondendum est, ut docent *Abb. in cap.1. num.6., & seq. de Elect. Roman. cons.331. in fin. Sigismund. de elect. dub. 45. num. 7., & seq. Pasqualig. quæst. moral.277. num. 5. Samuel de elect. tract.2. contr.4. conclus.8. n.10., Pignattell. consult. Cau.93. n.8. tom.6. Rot. dec.202. n.15 coram Ottobon.*

Nec

Nec est à P. Didaco Adversario speranda, prout ipsi feliciter contigit in alias ejus electione sequuta anno 1715. sanatio admodùm nullæ, & irritæ electionis ex Gratia. Nàm hoc ipsum, quod jàm semel inciderat in eadem mala, easdemque nullitates, & sanationem obtinuit, non debet ampliùs ulla sanatio eidem concedi: Relapsus enim peccatum aggravat, ac difficiliorem efficit remissionem, & jura nostra, quæ primum ex gratia subsidiari è concesserunt, non solent ampliùs renovare, nè ità sub spe obtinendæ sanationis, remedii, & dispensationis ansa præbeatur incidendi in easdem nullitates, & minimè curandi de reiterandis impedimentis *argument. Text. in l. fin. C. si sæpiùs Rest. in integrum postul.*, *& cap. fin. de in Integr. restit. Menoch. de arbitr. Judic. cas.*203. *num.* 13. *Odd. de in integr. restit. part.*1. *quæst.*16. *art.*8. *num.*41. *Gratian. discept.*827. *num.*19. *Guttier. quæst. Canon cap.*15. *nu.*14. *lib.*1. *Corrad. in prax. dispens. lib.*5. *cap.*10. *n.*8. *Rot. dec.*115. *n.*12. *coram Ottobon.*

Tantoque minùs spes esse debet ullius Gratiæ sanatoriæ isto casu, in quo palàm est ex documentis relatis signanter *Summ. Addit. num.*4., *& 5. circa med.*, *& num.*7.,8. *& 9. circa fin.*, quod præcisè P. Didacus Adversarius, ejusque Emissarii audaciores erant in captandis suffragiis, aliisque attentandis spe præcisè Gratiæ in Romana Curia obtinendæ, juxtà verba, quæ ibidem leguntur, & referre pudet coram EE. PP. In quibus profectò terminis, nè detur semper magis occasio sub hujusmodi spe delinquendi Gratiæ, & sanationis concessioni locus esse non potest ad *Text. in l.*1. §. *Hæc autem actio* ibi = *Qui hac spe audacior. factus est* = *ff. si quis Testam. Liber. ess. Juss. fuer. Bald. cons.*122. *lib.*1. *per tot. Boccadil. in Polit. lib.*2. *cap.*14. *num.*27. *Corrad. in prax. dispens. Apost. univers.* §. *Banditi num.*6. *vers. Questa Legge Mastril. de Indult. cap.*6. *num.*6. *de Franch. dec.*468. *num.*1. *vers. Vera fuit*, *& cum aliis Torr. var. jur. quæst. lib.*3. *tit.*13. *definit.*12. *num.*12., *& definit.*46. *numer.*10.

Finaliter hoc Procuratores Principales firmum haberi rogant apud Eminentissimos Dominos, quod dùm de nullitatibus hujus electionis conqueruntur, proponendo præsertim Vocalium augumentum, eorumque respectivè diminutionem, nec non metum reverentialem, aliaq. gesta contra libertatem, & sanctitatem Religiosæ, ac perfectæ electionis, nil penitùs tribuere intelligunt Personæ Reverendissimi Archiepiscopi Hispalensis, qui in eadem electione Præses additit à Reverendissimo Generali deputatus: Ea verò benè noverunt

pro-

processisse à solertia, & facto vel ipsius P. Didaci Adversarii, vel eorum, quibus ipse utebatur in Emissarios, quique abutebantur auctoritativo nomine Reverendissimi Archiepiscopi, cujus de cætero indignum est suspicari, quod cooperari unquàm intellexerit in adeo manifesto Spretu Regularum Ordinis, & Constitutionum Apostolicarum, quemque Patres Vocales, prout nomine ipso metuerunt in Capitulo, ità ubique semper venerari non dedignantur, ut in dd. declarationibus *Summ: Addit. signanter n.6.*

Quare &c.

Joseph Andreas Scaramutius Advocatus.

Matthias Moriconus.

SACRA CONGREGATIONE

Episcoporum, & Regularium

Eminentiss. & Reverendiss. Dñe

CARD. S. AGNETIS

PONENTE.

Ordinis Carmelitarum Provinciæ Bethicæ.

PRO

RR. PP. Vocalibus ejusdem Provinciæ.

CONTRA

R.P. Didacum Thomam de los Rios, & litis &c.

Restrictus Facti & Juris.

ROMÆ Typis Rev. Cameræ Apost.